

ex humilitate veluti beatus dicatur: Amici nomine beatificans.

67. Tertio. Nouarinus sic explicat: Amice ascende superius; ita tamen, ut amicus esse non desinat, qui ascendit: ac si cum moneat ut in fastigio dignitatis, ab amicitie fastigio non cadat. Plures, antequam ad culmen honoris ascenderent, amicos habuit Christus, qui in culmine positi hostes euaserunt. Tertullianus lib. de prescriptionibus aduers. Hæretic. cap. 3. probat, quod aliqui boni, postea vero dignitate retrò exciderunt. Saul, ait, bonus præ cæteris, linore postea euertitur. Dauid vir bonus secundum cor Domini, postea cadis, & stupri reus est. Salomon omni gratia, & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur.

68. Quarto. Dum qui primum locum tenebat, ad inferiorem ire mandatur, amici titulus amittitur, & tantum dicitur ei, da huic locum. At vero qui in nouissimo loco sedebat, amici nomine insignitur, alloquens ei paterfamilias ait: Amice, ascende superius. Quænam huius discriminis causa? Hic ut modestus, ac inanis gloriæ inimicus, omnibus erat amicus, omniumque animos ad se conciliabat; ille vero ut superbia elatus, omnibusque se anteponebat, omnibus inimicus, ac exosus erat, omniumque animos à se auertebat, sicut enim humilitas amorem generat, sic & superbia odium, ac sui displicentiam procreat, ac nutrit.

69. Conferuntur inter se duæ Assueri vxores Vasthi, & Esther, & cum vtraque esset regis imperium transgressa, valde tamen diuersus exitus vnicuique contigit. Nam Vasthi vocata ad conuiuium, que remittit, & ad regis imperium, quod per Eunuchos mandauerat, venire contempsit, Esther 1. num. 12. Vnde cum rex esset iratus facto principum consilio prolata est sententia, ut non vltra Vasthi introduceretur ad regem, sed ipsius loco altera in reginam eligeretur. At vero Esther, cum extaret lex, quod si quis non vocatus regis penetrare ingrederetur statim sine vlla dilatione capitali pœna puniretur, cap. 4. num. 11. Introiuit tamen, & visâ regis facie timore corruit, quam blandè, ac affabiliter rex amplectens brachiis tenebat, illamque omnes consilij proceres consolabantur. Rex festinus, ac metuens exiliuit de Solio, & sustentans eam vlnis suis, donèc rediret ad se his verbis blandiebat: Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere, Esther 14. num. 11. Et postea subdit: Omnes ministri eius consolabantur eam, ibidem num. 19. Ecce vtraque femina regis decretum violauit, Vasthi regem, ac omnes Satrapas habet accusatores, omnes eam damnant, nullus est, qui pro illa loquatur. At vero Esther regem, & ministros sortita est aduocatos. Vnde tantum discrimen in Palatio Assueri: Vasthi ex sua multa arrogancia regis mandato non obtemperauit, ut aperte indicat illud verbum Scripturæ, venire contempsit. Vt sua præclara eruditione comprobatur sapientissimus Magister Didacus de Celada ibidem. Esther vero ex humilitate intuens regis maiestatem exterrita est, & quos arrogancia obrinuit aduersarios, humilitas reconciliat patronos. Vasthi ex superbia execrabili odio omnium sententia à regio fastigio deponitur. Esther vero ex submissione sua omnium manibus subleuatur, ut petita à rege libenter obtineat. Rupertus lib. 12. de diuinis Officiis cap. 25. Esther, ait, pro temperantia ponitur, qua repudiata ob arrogantiam Vasthi regina in regnum subrogatur. Nam

Esther 14. Rex festinus, ac metuens exiliuit de Solio, & sustentans eam vlnis suis, donèc rediret ad se his verbis blandiebat: Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere, Esther 14. num. 11. Et postea subdit: Omnes ministri eius consolabantur eam, ibidem num. 19. Ecce vtraque femina regis decretum violauit, Vasthi regem, ac omnes Satrapas habet accusatores, omnes eam damnant, nullus est, qui pro illa loquatur. At vero Esther regem, & ministros sortita est aduocatos. Vnde tantum discrimen in Palatio Assueri: Vasthi ex sua multa arrogancia regis mandato non obtemperauit, ut aperte indicat illud verbum Scripturæ, venire contempsit. Vt sua præclara eruditione comprobatur sapientissimus Magister Didacus de Celada ibidem. Esther vero ex humilitate intuens regis maiestatem exterrita est, & quos arrogancia obrinuit aduersarios, humilitas reconciliat patronos. Vasthi ex superbia execrabili odio omnium sententia à regio fastigio deponitur. Esther vero ex submissione sua omnium manibus subleuatur, ut petita à rege libenter obtineat. Rupertus lib. 12. de diuinis Officiis cap. 25. Esther, ait, pro temperantia ponitur, qua repudiata ob arrogantiam Vasthi regina in regnum subrogatur. Nam

Celada. Arrogancia aduersarios creat, humilitas patronos.

Rupertus. pro temperantia ponitur, qua repudiata ob arrogantiam Vasthi regina in regnum subrogatur. Nam

ipsius temperantia hoc indicium est singulare, quod Leonem illum, de quo ipsa dicit: Da mihi gratiam in conspectu Leonis, id est, Assueri regis, in mansuetudinem conuertit.

Ad Iesum accedens vnus Scriba, ait illi, Magister sequar te, quocumque ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet, Matth. 8. num. 19. & 20. Proposita sua paupertate hunc Scribam à se reiecit Christus, ut communiter docent Patres; ut dixi tom. 2. cap. 23. quæst. 5. & 6. Quomodo Iesus, qui venerat de celo ad terram discipulos, ac sectatores quærens, qui & piscatores ad litus maris vocabat; & iuuenem quendam cupientem abire, ut patrem suum sepe- lisset, recedere non permisit, Matth. 8. num. 22. hunc nobilem tamen Doctorem voluntariè oblatum, sic contemnit, ac à se dimittit, iste de sua superbia multum præsumebat, habebat in ore, Sequar te quocumque ieris. Illi vero multa humilitate in suo munere piscandi, ac sepeliendi se continebant. Et Dominus qui humilitate quærebat, & vocabat in amicos, & discipulos: fastuosum, ac elatum minimè secum degere sustinuit, sed omnino à se dimisit, ac expulit. D. Augustinus lib. 22. cap. 48. Videbat, ait, cum venosaelatione iactatum, non habere fidei locum, vbi se inclinatem doctorem humilitatis exciperet: quia in discipularu Christi, non illius gratians, sed suam gloriam requirebat. Et D. Paschalius l. 5. in Matth. Christus hunc Scribam, non volentem sequi, sed fingentem prodidit, quem exhorruit præsumentem.

Luc. 14. n. 11. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

VERSIONES.

Syriacus. Quoniam omnis, qui extollit se se, deprimetur: & qui se se depresserit, extolletur.

Vatablus. Quia omnis qui se extollit, deicietur: & qui se deicit, extolletur.

EXPOSITIO VI.



OTIVS superioris parabole hæc est clausula, ac declaratio, qua Dominus leniter conuiuas ad modestiam, ac humilitatem exhortat. Quoniam omnis, quicumque ille sit in suo gradu, & ordine. Qui se exaltat per superbiam, ac arrogantiam, ut aduertunt Carthusianus, Hugo. Nota, quod non ait, omnis qui exaltatur; nam multi iusti & sancti sublimantur, sed qui se exaltat præoccupando sibi honorem, & dignitatem: humiliabitur, per deiectionem à suo loco, ut ait D. Bonauentura, quod patet in ipsa parabola, ut ait Theophylactus, Nam conuiua, qui primum locum usurpauit, cum multa sui confusione eiectus est in extremum; ex quo ait ipse Theophylactus: Vide quomodo, humilitas scilicet, à culpa hominem liberet, & quodammodo ipsum ciuilem faciat. Vrbanius, scilicet, ipsūque à sui confusione ac opprobrio eximat, ne à loco obtento expellatur. Et qui se humiliat. Non dixit, qui humiliatus fuerit; nam multos aduersis casibus

70. Matth. 8.

Matth. 8.

Superbus contemnitur, humilis quæritur.

August.

Paschal.

71.

Carthuf. Hugo.

Bonauent. Theophyl.

Humilitas facit hominē urbanum.

casibus vidimus humiliatos, sed non humiles; ait Dominus, qui se humiliat, per veram, & propriam virtutem, exaltabitur Dei dispositione, ac ordinatione, ut patet in conuiua in extremo loco posito, cum ad superiorem vocatus sit.

QUESTIO XI.

Quomodo ex humilitate astruitur exaltatio, cum sæpe apud homines contrarium fieri videmus?

72. Difficultas questionis.

Ad Hebr. 11. Sap. 5.

73. D. Thom.

74.

Psal. 134. Euthym. Nicephor.

Hilarius. August. Iacogn.

Origenes.

75. Apoc. 1. Ica. 53.

DIFFICULTAS huius rei est, quia sæpe apud homines vidimus, quod illi, qui superbi arrogantes se gerunt, ad dignitatum culmina euehuntur; è contra humiles ob sui demissionem contemuntur, ac deridentur. Vt in exemplo sunt sancti Prophetæ qui circuibant egentes, angustiati, afflicti. Ad Hebræos 11. num. 37. Quorum vitam impij æstimabant infamiam. Sap. 5. num. 4. Superbi vero Pharisei cathedras, ac primos acubitus tenebant. Matth. 23. num. 6. Apostoli vero ut contemptibiles, ac deieci æstimabantur. 1. Corinth. 4. num. 9.

Rectè ad quætionem respondet D. Thomas: Quod dicitur intelligendum est, ait, secundum diuinum iudicium, non secundum humanam consuetudinem, secundum quam plures concupiscentes honorem consequuntur; alij vero se humiliantes in gloria remanent. Mundiales de humilibus non curant, hoc tantum est diuinæ altitudinis, qui humilia respicit, contemptibilia erigit, & de extremo loco ad primas sedes eleuat.

Narrans Regius Vates summa Dei mirabilia, quia omnia quæcumque voluit, fecit in celo, & in terra. Subdit: Educens nubes ab extremo terra, Psalm. 134. num. 7. ab extremo terra, id est ab infima parte terræ, seu orbis, ut explicant Euthym. Nicephorus, Lorinus, & alij, sed nubes, quæ sua varietate decorant cælos, subque tore terram fecundant: cur ab extrema, ac infima terra generantur? Cur non potius ex medio terræ, seu ex illius altitudine, ex cacumine nempe montium producuntur? Per nubes, Prophetas, Apostolos, ac cæteros Euangelicos prædicatores intelligunt D. Hilarius, D. Augustinus, N. Incognitus, & alij, qui subleuantur ex infima, & abieci terra, ex sua nempe profunda humilitate, qua se extremi, ac infimi omnium reputabantur, qui tanquam nubes in cælum eleuati sunt à Domino, ut totam suam Ecclesiam sua doctrina, ac sanguine irrigarent, ac fecundarent, suisque meritis eam condecorarent, & qui extremi reputabantur, constituerentur principes super omnem terram. Origenes homil. 8. in Ieremiam ad cap. 10. Vides, ait, quomodo ab extremis terra educat Deus has corporeas nubes? Propterea, si volumus nubes fieri, ad quas perueniat veritas Dei, nouissimi omnium sumus, nam, inquit Psalmus, veritas tua usque ad nubes.

Ait Christus Dominus de se Apocal. 1. num. 8. Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis; finis quidem vltimus, & extremus. Iaias cap. 53. num. 3. eum despectum, ac nouissimum virorum vocat: quomodo tam despectus, ac nouissimus virorum, qui dicebat de se. Ego sum vermis, & non homo, primas sedes tenet, & Alpha dicitur; nam si Christus est Omega in ordine litterarum vltimus est, sicut cum sit Alpha principium occupat. Quis ergo Sylueira in Euang. Tom. IV.

tam distantes terminos principium scilicet, ac finem rerum potuit inter se adunare, ac coniungere, nisi vna potens, ac artifex humilitas; quia Christus Dominus profundè sese deiecit, ut esset nouissimus, ac despectus virorum factus obediens vsque ad crucem: propterea Pater exaltauit nomen eius super omne nomen, ut verè Alpha, & Omega, principium ac finis omnium constitueretur. Tertullian. lib. de Monogamia, cap. 5. Sic & duas, ait, litteras Græciæ, summam, & vltimam sibi induit Dominus, inity, & finis concurrentium in se figurati, quemadmodum Alpha & Omega vsque voluitur, & rursus Omega ac Alpha replicatur; ita ut ostenderet in se inity decursum ad finem, & finis recursum ad initium, & idè in Christo omnia reuocantur ad initium.

Rectè ait D. Thomas, quod id, quod dicitur, qui se humiliat, exaltabitur. Intelligendum est secundum iudicium diuinum, non secundum diuinam consuetudinem humanam. Non homo, sed solus Deus humiles, & abiectos erigit, & subleuat. Cum Ioseph esset totius Egypti prorex, peperit ei vxor eius filium primogenitum, quem Manassès vocauit. Dicens: obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei, Genes. 41. n. 51. Videbatur dicendum Pharaon me fecit obliuisci: ex eius enim imperio è carcere educus est, ac ad tantum dignitatis apicem euectus; tamen Ioseph ait: Deus obliuisci me fecit. Ioseph è carcere, ac ex loco infimo, & compedibus sublimatus est, ad regale palatium, ad magnificum Thronum, ac ad clauum Egypti; ex tanta autem carceris abiectione hominem captiuum ad tantum fastigium extollere, non hominis, sed Dei est. Huc aduoco D. Chrysof. homil. 42. in Genes. Deus fortis in Consilio suo ex captiuitate ad tantam gratiam ascendere fecit populum suum, ut nomen Israel terribile esset cunctis nationibus.

Luc. 14. n. 12. Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè te, & ipsi reuident, & fiat tibi retributio.

Num. 13. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos.

Num. 41. Beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

VERSIONES.

Syria. Arabic. Porro dixit ei, qui ipsum vocauerat.

Vatablus. Et ipsi vicissim te inuident, & fiat tibi compensatio

Theophyl. n. 13. Immo cum facis conuiuium. Clemens Alex. Cum feceris conuiuium, voca mendicos, propter quos maximè cœna facienda est.

Syriacus. Voca pauperes afflictos.

Humilitas magnitudinē conuenit.

Tertull.

76. D. Thom.

Genes. 41.

Solus Deus humiles respicit, & erigit.

Chrysof.



